Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Int illos enim adhuc manet. donec tota area uentilet. Ido dixit. inhabitauit cum tabernaculis cedar. ¶ Nam et ipsa tabernacula ismahel. cedar dicta sunt. Sicut liber geneseos. sic habet quod cedar ad ismahel pertinet. Ecce ysaac cum ismahel. id est quia pertinet ad ysaac unde illos uiuunt quia pertinet ad ismahel. Isti fursum uolunt ascendere. isti deorsum uolunt premere. Isti uolare uolunt ad dominum. isti conantur pennas euellere. ¶ Nam et apud apostolum ita dicit. S; sicut tunc quia secundum carnem natus erat persequebatur eum qui secundum spiritum erat. nunc. Spiritales quia persecutionem patiuntur a carnalibus. S; quid dicit scriptura. Eice ancillam et filium eius. Non enim heres erit filius ancille. cum filio meo ysaac. S; hoc quod dicit eice. quando erit. Quando area cepit uentilari. Modo autem ante quam ei eiiat. heu me quod incolatus mis longinquus factus est. inhabitauit cum tabernaculis cedar. Et exponit nobis quid sunt isti qui pertinent ad tabernacula cedar. Multum peregrinata est anima mea. Hac peregrinatione corporale intelligens. anima dixit peregrinari. Corpus peregrinatur locis. anima peregrinatur affectibus. Si amauisti terrena. peregrinaris a deo. Si amauisti deum. ascendisti ad deum. In caritate dei et proximi exercemur. ut redeamus ad caritatem. Si cadamus in terrena. marcescimus et putrescimus. Iste autem quia cecidit. descensum est ut ascenderet. Intendens tempus peregrinationis suae. dixit se peregrinari in tabernaculis cedar. Quare. Quia multum peregrinata est anima mea. Ubi. In tabernaculis cedar. Ubi peregrinatur. ubi ascendit. ¶ Non corpore peregrinatur non corpore ascendit. S; ut ascendit. Ascensiones in corde. Si quis ascendit in corde. non ascendit. S; non ascendit per ascensiones cordis. non anima quae peregrinatur. S; donec puenerat. multum peregrinata est anima mea. Ubi. In tabernaculis cedar. Cum his qui oderunt pacem. eram pacifica. Verum ut audiatis fratres karissimi. non potuistis parare quam uera canteris. non cepistis facere quod cantastis. Quomodo illud dicam. quomodo libet exponam. quibus cum quibus usem. non mutat in corde eius. quia non est opus eius. incipit agere et uidere quod loquamur. Tunc ad singula uba laetime profuerit. tunc psalmus cantatur et facit quod in psalmo cantatur. Quam multi enim sonant uoce et corde muti sunt. et quam multi tacent labiis. et clamant affectu. quia ad cor hominis aures dei. Sicut aures corporales ad os hominis. sic cor hominis ad aures dei. Multi clauso ore exaudiuntur et multi in magnis clamoribus non exaudiuntur. Affectibus orare debemus et dicere. Multum peregrinata est anima mea. cum his qui odiunt pacem eram pacifica. Quid enim aliud dicamus istis hereticis non cognoscunt pacem. amare pacem. iustos uos dicitis. Si iusti estis. inter palea grana gemitis. ¶ Nam et sunt grana in ecclesia karholica et uera grana sunt. ido tolant palea. donec uentilet area. et inter palea clamant. Heu me quod incolatus mis longinquus factus est. habitauit cum tabernaculis cedar. Inhabitauit inquit cum paleis. S; quam de palea multum fumus exit. sic cedar tenebre. Inhabitauit cum tabernaculis cedar. multum peregrinata